



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Gvillelmo Domino de Montepessulano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

quod domus vestra propriè ad jus beati Petri pertineat, nobis nostrisque successoribus tres libras cere annis singulis persolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat &c.

Ego Innocentius catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Octavianus Veletrensis & Hostiensis subscripti.

Ego Petrus Portuensis Episcopus.

Ego Iohannes Albanus Episcopus.

Ego Pandulphus Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis.

Ego Petrus S. Cæciliae Presb. Cardinalis.

Ego Guido tit. S. Mariæ Presb. Cardinalis.

Ego Hugo Presb. Card. S. Martini.

Ego Iohannes S. Stephani in Cœlio monte Presb. Cardinalis.

Ego Sofredus S. Praxedis Presb. Cardinalis.

Ego Bernardus S. Petri ad vincula Presbyter Cardinalis.

Ego Iohannes Tit. sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis.

Ego Bernardus Tit. S. Marcelli Presb. Cardinalis.

Ego Gratianus SS. Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardinalis.

Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedin Diac. Cardinalis.

Ego Cencius S. Luciae in Orthea Diaconus Cardinalis.

Ego Hugo S. Eustachij Diac. Cardinalis.

Datum Laterani per manum Raynaldi Archiepiscopi Acheruntini, Cancellerij vicem agentis, I V. Nonas Iulij, Indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M C X C I X. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

*GVILLELMO DOMINO  
de Montepessulano.*

Epist. 297.  
Recipitur sub  
protectione se-  
dis apostolice.

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei nobili viro Guillelmo Domino de Montepessulano salutem & apostolicam benedictionem. Sancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex assuetate pieratis officio propensiis diligere conふuit. Eapropter, dilecte in Domino fili, devotionem quam erga beatum Petrum

& nos ipsos habere dinoscere attendentes, personam tuam, cum omnibus bonis quæ nunc rationaliter possides, aut in futurum justis modis poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Datum Laterani VI. Idus Iulij, pontificatus nostri anno secundo.

*E I D E M.*

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili virro Guillelmo Domino Montepessulani salutem & apostolicam benedictionem Litteras nobilitatis tuae per dilectum filium R. Subdiaconum nostrum, Massiliensem Præpositum, de illis partibus redeuntem, nobis directas, debita benignitate receperimus, gaudentes in Domino quod præclaræ mentis progenitos tuos, quos in devotione apostolicae sedis jugiter permanisse opera quæ fecerunt certis indiciis protestantur, in hac parte non solùm imitari niteris, sed præire. Vnde propositum tuum dignis laudibus commendamus. Nos igitur te, sicut carissimum filium, volentes indefinenter de virtute ascendere in virtutem, devotionem tuam, pro his quæ haec tenus ad honorem apostolicae sedis & nostrum beneficisti, copiosa gratiarum actione prosequimur. Et quoniam postulasti à nobis ut ad destruendam hæreticam pravitatem illuc legatum à nostro latere mitteremus, & te redderemus protectione apostolica præmunitum, fecimus quod petisti, & virum quem invenimus secundum cor nostrum, fratrem Rainerium, hominem religiosum, timentem Deum, illuc duximus destinandum. Datum Laterani VI. Idus Iulij, pontificatus nostri anno secundo.

*TINIENSI ET SCARDONENSI  
Episcopis, & Abbatii Trag.*

Significat se  
mittere Lega-  
tum adversus  
hæreticos.

I nnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Tiniensi & Scardonensi Episcopis & dilecto filio Abbatii Traguriensi salutem & apostolicam benedictionem. Constitutus in præsencia nostra venerabilis frater noster M. dictus Farense Episcopus sua nobis assertione monstravit quod cùm venerabilis frater noster N. Farense Episcopus electus fuisse in Archiepiscopum Iaderinum, afferens electionem suam fuisse per sedem apostolicam confirmatam, ad Ja-

299.  
De electione  
Episcopi Fa-  
rensis.